



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

Diunitus vindicatur. 83

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

parcimus) cognito, cui rei ad-
 essent, vehementer sanè contur-
 batur; & ad Ioannem conuersus,
 Eccur tu, inquit, eo loco vir, hanc
 talem cogere stipem perseueras?
 malè ego dispeream, & vel flàmis
 ardeam, nisi istic (IGNATIVM aie-
 bat) flammis est vstulādus. Atro-
 nuit præsentēs acerbior vox, qui-
 bus IGNATIÏ honestas in comper-
 to erat. Atqui haud diu cessatum
 est, & eodem ipso die nuntius de
 Philippo secundo affertur. Regē
 esse renūtiatum. Excitavit ea no-
 uitas ciuium animos, vt festo ap-
 paratu sua pro se quisque gaudia
 testarētur. 83 Inter quos etiā ille,
 de quo memoramus, applaudere
 cupidus, properat editam domū
 turrinam conscendere. Excutit im-
 prouidus flammæ scintillam; que
 ad vicinā nitrati pulueris custo-
 diam perlata, in insperatū incen-
 dium euasit; hominemq; eluctā-
 tibus

tibus flammis cōprehensū miser-
rimè peremit. Censuerunt id non
fortuitò factum ; sed offensum
luculento conuitio Numen, de-
specti IGNATII pœnas sumsisse.
Cepitq; exinde cōtēte virtutis fa-
ma valescere. Re postmodū, vt ac-
ciderat, narratâ; grauius indoluit
IGNATIVS., & obortis lacrimis;
hoc manè inquit, ipse has sibi in-
felix Vates exequias prædixit.

Ceterum hinc discessurus, in-
stituit Vallisoletū ex negotio pe-
tere, quod cum Alphonsio Fonse-
ca Antistite Toletano, conficeret.
Hic eum benignè complexus; &
re, cuius agenda venerat, effectâ;
Salmaticâ cum viatico, inter op-
portunas pollicitationes dimit-
tit. 84 Eò profectus, cōtinuo cepit
more suo mortales ad virtutum
studia pellicere; illa q; eadem age-
re, quæ alibi visa erant in familia-
ritatem iam vertisse. Quapropter